

DIDASCALIA VI.

Affectionis amor, non amor, sed furor.

Non abs re in Epitome Divina... Non abs re in Epitome Divina... Non abs re in Epitome Divina...

Dant.

Affectus in bar Furiarum.

Chartar.

Terent.

Nicand.

Et veneni scorpionum.

Iuven. Sat. 10. v. 350.

Horat.

Si quequid vidit melius pelusae sua spe, dixit oculis, animoque & corpore torpescere...

Hic morbus unde? Ab amore suorum, ut dixi Didasc. preced. a ridicula in patriam propensione...

Jean. 1. 1. Sanct. Amoris patriam sine iudicio.

Hieron.

Imperium, cum tamen plenum esset dignitatis: subdit Doctus. Sanctius in Ion. 1. n. 14. Fugit plausum & maiestate plenum...

Ovid.

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos ducit, & immemores non sinit esse sui.

Matth. 19. 28.

Assentior, sed post proferam iudicium. Super duodecim tribus Israel seffusos discipulos, Assertor N. dicit: & tanquam sedes maiestatis ostendit: Cum sederit si vis homini in sede maiestatis suae, sedebit & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

Ni honor in patria, honoris desit gloria.

gloria, sino son alcaldes de su aldea.

Hec quae videtur in hominis fragilitate dulcedo, rationis est infatuatio: igitur nullus Propheta acceptus est in patria sua: Abrahamque haud factus fuisset in gentem magnam, ni de propria efferretur terra.

Luc. 4. 24. Gen. 12. 2. 1. Ibid. 3. 2. 4. Ibid. 21. 14. Quae dicitur dulcedo, est infatuatio mentisque corruptio.

Senec.

Iuvenal.

Scriban.

Luc. 6. 16.

Cognomen filiorum ex nomine patris.

Mysteria Aegyptiorum.

Imagines afflicti.

S. Bened.

Cur illius deliria dicuntur mysteria.

Ovid. 1. Metam. fab. 6.

Si modo sanguine gaudet.



Miramur eodem

Quo capiens pacto, pavor sit utrique molestus.

Improvisa simul species exterrit utrumque. Gaudet, an dolcat, cupiat, metuatne, quid ad rem.

Mala in muris designatio ex patrie interiori.

nomine; qui cognoscuntur duntaxat nomine patrie. Perpera prorsum in munera designatio, solummodo ex patrie merito. Augurari quibat, dum insigne meritum patrie titulus, qualis futurus electus. Iscariotes, qui fuit proditor. Patet, quod lapsus electioibus ulvenit: siquidem per illum solum quibat operari perfidia, in cuius electione pro nomine cognita patria. Praerebat perfidus, quantus de electione pudor. Iscariotes, qui fuit proditor, ut distinguitur a ceteris: igitur qui patria eliguntur ad munera, & munus habent pro patria, cunctorum peccatorum facies lumentes; nequiter & prave cunctis insidiantur proditores.

Unde caeca affectio?

4 Hinc ut dicebat Ovidius supr. n. 2, Dulcedo patrie illos non finit esse sui. Non sui sunt, quia totum sui, & quorum obliqui oculi, vel recte vel distorte respicientes; quippe habentes carent oculis. Quod distitum non discernitur: quod nimis proximum, nequaquam etiam distinguitur: per coniunctam sensibus proximitatem, impedit sensibile sensationem. Unde factiosus non sui, quia furore percitus, & simul sine usu oculorum insensatus: igitur proxima sensui, quoniam proxima non videt; & non proximum, est alta, a longe cognoscit. Variatur visus prout variatur affectus, quo cum fit in utroque quicquid pravum; hinc inde in propria & aliena pravariatur iudicium. Videt in suis lagenas splendore vacuas, & foennizant ut plenas: videt in alijs splendidas & signat lumine vacuas; demonstrans tenebras lucem, & lucem tenebras. Unde cum iuxta laetum iudicium, sit distributio praemiorum; adinstat Nabuchi, quos volebat, exaltabat: quos volebat, humiliabat. In cunctis utur volebat; etenim iudicium affectu pravohaud aliam habebat legem, praeter prolubij libidinem. De caecitate lamentatur Tobias, a quo denuo vocibus alijs explicatur caecitas. In tenebris sedeo, & lumen caeli non video. Quod idem est in oculorum luminis privatione; ulvenit diversimodo affectionis caecitate: igitur ita propendet in dilecta, & averfatur non propria; ut in lumine caecitates dotes non videat, & in tenebris lumen, quod non videtur, discernat. Dores finguntur adinstat facis: in suis quo extinguitur, ardet, & pice maximopere splendet: in non suis, quippe affectus removeretur, quo ardet splendore extinguitur; quin ex patria praetermittat indotatos caecitate: oculi eius cerent terram de longe.

Iudic. 7. 16.

Isai. 5. 20.

Daniel. 5. 19.

Tob. 5. 12.

Semper in sui videt obliqui.

5 Cur autem propter idola cordis, assimilentur statuis, quae oculos habent, & non vident; dicit Plinius lib. II. cap. 37. Ma-

gna cogitatio obcaecat, abducto intus visu: sic in morbo comitali (Hispanice, Mal de co-raron) aperti nihiuscernunt, animo caligante. Morbus est, & morbus cordis, siue usufusus etiam oculis apertis: etenim si animo videtur, sane videret, nisi animus in obiecta caligaret. Magna cogitatio obcaecat, quia nihil animus cogitat: nisi suos in cacumina elevare, & alienos ut alienatos deprimere. Obcaecat magna cogitatio, sed potentius prava affectio, abducto intus visu. En causa. Non videt, haud quia videre non valet; sed quia intus aciem oculorum dirigit: intus cor versus, ubi cordis sedent idola: quo ita rutilant, & deaurantur adamata; ut potius credat delicanti summo furore affectioni, quam vise parenti monstratositati.

Plia.

Ubi regnas affectus cogit animus.

Exod. 32. 1.

Quae difficultas obedientiae?

Exemplum in Superioribus necessarium.

Senec. Hypocriti in electionibus.

Tyrannus.

6 Frequenter nimia gratia in insolentes facit ingratos. In filijs Israel eductis & servitute Aegypti elucet exemplum: e quidem nonnulli ita datur cervicis vel dum foventur; ut frugi esse non valent, nisi opprimantur. Libertatem affectui exleges appetivere omnimodam libertatem: qua propter dixerunt Aaroni, praeter desideria cordis concupiverant: Fac nobis Deos qui nos praecedant. Exhibentur in textu magna; quae quidem alta reflexione digna. Pendet Deos qui nos praecedant, ut superiores nobis: etenim dura obedientia, ubi faeces Republicae imponuntur super capita: onus quippe grave subditis, nisi Superiores videant in dotibus superiores. Quid quod dignitate fulgeant, cum meritis non praecedant? Deos qui nos praecedant in cunctis, ut constet ius Deitatis: quandoquidem duntaxat iure adificatur thronum, qui se exhibet in exemplum. Qui nos praecedant, ut impone sit flagitium: prodijit quasi ex adipe iniquitas illorum, sollicitantes Deos insignes, criminibus praecedentes. Ut per turpitudinem splendat? ut inquit Senec. de Tranquill. anim. cap. 15. etenim tunc crimina exequentur, ubi praecedentibus Numinibus adorantur. Fac nobis Deos. Sacrilegium est, & instanc: Deum in erectione proclamant, dum magis irritant; sumpto velamine Deitatis, in desideria depravati cordis: etenim tutius embolium hypocriti vasa fit, dum erectio idoli sumitur & voce & nomine Dei. Deos & nobis Praesides. Non erunt eis praesidium, sed flagellum: igitur insigne datur tyrannidis, modum in Numina convertantur Superiores. Fac Deos qui nos praecedant. Summa tormenta patiuntur, per ea quae colunt, arbitantes in Dijs sequentibus, a se elevatis, spem libertatis amplioris; cum erigerent truncum, affectionis simulacrum: verum cauti, ne gravarentur magis, Deos qui-

Cur exleges ex suis cupiunt Superiores?

V. 4.

Affectio non videt quod coram est, sed quod vult.

Magnificat quae cogitat, quoniam vult auster videt

bant respicere praecedentes. Fac nobis Deos. Deus non est, si modo fit. Est Deus ex suis, erectus cordis suffragijs, Numina iuxta voluntatem, quae abdicunt crimen, exultantibus eorum assumptione, pro omnimoda libertate: flocci sane pendunt, quod illi faciunt, quia ab illis fiunt.

7 Pergo. Student faciendis nomine Numinibus; verum exclamant: Fac nobis. Nobis. Deus est aequalis. Patet in electione prolubium; igitur sibi sollicitant unum, ceteris alium. Hunc nobis: at quid ceteris? Iniuriarum, opprobria, gravamina preparantur, quia huiusmodi Numina ab alijs non eriguntur. Nobis Deus & thronus: ceteris autem quasi non esset Deus. Nobis: apte, ita propositum electione; hic Deus & nobis in liberatam eligitur; quia sine nobis vel in throno nec moveretur. Deus qui trahatur ad natam, nec ullum loquatur verbum. Deus pacatus, quem trahere valeamus, quod velimus: & modo si fastidio, impulsu pedis propulare de throno. Hi sunt Dij tui? Sunt profecto. Sed cunctare, ut dicas ubi. Egressus duntaxat vitulus: Formavit opere susario, & fecit vitulum constabilem. Furiosa sane affectio, quae haeret in vitulo. Nostros: Raro captivo! Mal gusto, adorant una bestia, inclinando se a un bezerro. Vitulus unus erat; quare igitur multiplicat Numina, ut dicant Dij, si unus est? Perierunt affectione Deos, dum apparet tantum unus: unde cum minime duceretur entitate, sed apprehensione; iudicant non prout oculi demonstrabant, sed prout conceperant: igitur ita caeci in affectione haerent; ut praetereant ut furentes, quod coram oculis habent. Huiusmodi delirium desiderium eorum attulit eis, intus abducto visu ex magna cogitationis serpente morbo: quandoquidem non discernunt idola, praeter coram oculis; sed praeter locata in sinu & altari pectoris.

8 Obvium iam Didascaliz institutum, ut Praesidem morbo patrie demostremus furiosum. Unus ex suis proponitur, & praepositur. Unde ergo si unus, Dij tui? Ex suis est. Non dispicit praeter videt, sed praeter concepit: quippequam est unum videat, pro multis aequimat. Multis aequivalet; quae divisa beatos efficiunt, collecta tenet; dicitque in uno, uti unico, multa Numina; quoniam in uno dorum cunctarum praeter cunctis clara momenta: etenim expectavit in erectionem monstruos affectus, donec sterilis cogitatio in uno peperit plurimos. Instat multoties est. Hi sunt Dij tui. Aptius: Dij tui est hic: cuncta cordis idola: ceteri nauca; etenim est unum & in-

star vituli videat; multos in uno affective conceperat. O miser! Affectus (ut canit Lucret. 4. de Rev. nat. v. 1151.) Tribuunt ea quae non sunt bis commoda vere.

Multimodis igitur pravas turpesque videmus esse in delicijs, summoque in honore vivere, Et placent, quoniam facta afflictantur amore: Ne sua respiciunt miseri mala maxima saepe.

Ex pravo amore saepe mala & mala maxima: e quidem quae male affecto videntur cordis idola, patent rationis Indubria. Sibi erigunt vitulum, iuxta cordis desiderium; quin vitulum vitulum signent, sed Numen nominent. Placet, quia cogitationem mulcet: defectusque deaurant; & quia fecerunt, quasi Numina adorant; cum alij atque alij concurrentes ad idolum, videant elevatum truncum, electoris simulacrum. Fædo sane afflictantur amore, & Evæ adinstat captivantur libidine, suggerente serpente. Vidit, quod bonum esset lignum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit. Sane grave, lignum tollere; sed fertur humeris, lenimine pectoris, si pulchrum oculis. Quasi divinitas in ligno includeretur, ita ergo lignum afficitur: lignum est; sed delectabile, affectum explicante furore: igitur nisi insaniere, lignum eius oculos minime raperet. Affectiois solet esse ventosa vanitas, qua elucet & coram oculis cecitas: igitur in lignum propent pulchrum & gratum: quod vel serpenti videbatur lignum.

9 Erit sicce erga alienos? Caligat animus: & male affectus, caecus patet; quia nihil rectum recte in invisitis visis videt. In Smyrna templo speculum fuit, quod egregias quasque species admodum deformes & aspectu horribiles reddebat: ita Causin. 12. Symbol. 58. De modo fabricae late Baptisti. Porta. 17. Magia natur. a cap. I. n. 5. & Eberard. Uvejhe de Specul. origin. Meminit Plinius de Smyrna speculo, lib. 33. cap. 9. ubi: Excogitantur (ait) & monstrifica, ut in templo Smyrna dicata. Id evenit figura materia. Speculum huiusmodi est peccus Preglari, prave erga non suos studiosè affecti: e quidem merita praecleara, instrumenta insigniora (imaginem hominis eformantia & informantia) ita meditante detereit; ita subdole coloribus pingit; ut quod multis prodigium, in cordis speculo horribile appareat monstrum. In speculo provenit deformatio a figura materie: in peccore a fastidio malignitate: igitur venerantibus hominis, omnibus numeris & dotibus, formam; pectoris speculum ritibilem

Lucret.

Quae estis Numina, prudentibus Indubria.

Genes. 3. 6.

Illius ligna gra.

Causin.

Plia.

Ubi averfo cordis homines despicuntur in signet.

bilem tantum representat figuram. Quis non propenderet in David in omnibus finibus Israel. Qui plaris debebat ducere, Rex Saul. *Omnia autem Israel & Iuda diligebat David, & celebre factum est nomen eius nimis.* Quid Rex, cui retinuit regnum, de gigante inigne reportans triumphum? In illum vibrabat lanceas. Ita? Ita. In quem totius regni dirigitur plausus, ita delectus? Profecto. *Non rectis oculis Saul aspicebat David.* Ubi aversio cordis, homines despiciuntur in signes: equidem cum dotes explorentur ad speculum, in expressionem imaginis vel concavum, vel obliquum; non mirum, rectis non oculis nihil inventi rectum, quum nihil rectum tunc ulla rectitudine oculo- rum.

10. De Stesichoro Poeta fictum, quod cum Helenam suis carminibus intamallet, oculos amisisset: at ubi palinodiam cecinit, visum recuperaverit. Ita Gyrald. de *Poetar. bibl.* Dialog. 9. Ravif. Text. 2. *Officium* cap. 58. Hieronymus 1. *Advers. Rufin.* sive *Epist.* 66. Unde Politian. in *Nutricia*, modulatur.

— *Et damnans Helenam, laudansque visum, Amittit, recipitque oculos.*

Describitur etiam invidia cognatus effectus: ne videat pulchrum, claudet vel amittit oculos: igitur invidi oculo- rum dolor, pulchritudinis dorum clarus splendor. Pro affectione vel tadio datur vel amittitur visus; quippe per oculos indicatur animus: diciturque cæcus Stesichorus pulchritudinem carpens, & commendabilia minuens; quoniam ni animo caligaret, quæ a cunctis videbantur, suapte natura videret. Illi profecto ingratorum, quod laudabatur uti delicia cantorum, & dorum excellentia & elegantissima forma, oculo- rum miraculum, cordium- que philtrum; quoniam volebat non esse, quod vel videbatur ipsi, aversis oculis propter displicentiam peccatoris: non enim mirum, si cæco dotes exponebantur, quod dotes non viderentur. Quisnam enim magis cæcus, quam qui offenditur dotibus? Invidia videt, & fugit lucem: cæcus affectu incipitur splendorem. Oculos habet, & nubit: gravatur cæcitate, & videt. Cuncta sanè pro affectu vel displicentia: igitur lucem in alijs videt, ut oculos perdat; & cæcitate fovet, ut quod non videtur, videat. Quodnam igitur erit in premia iudicium, ubi ratio percellitur furore affectuum?

11. *In iudicium ego in hunc mundum veni (dixit Assertor N.) ut qui non vident videant: & qui vident, cæci fiant.* Utique

per medicamen oppositum, ut sit inter homines verum rectitudinem iudicium. Intellectus dicitur, quia videt intus: prodijque iudicium; secundum dirigentem intellectum. Est defectus iudicij ex intellectus cæcitate, & cæcitate visione; quoniam vitium, aliquando videre, & interdum non videre: igitur discrimine affectionum videtur, quod non apparet; & non videtur, quod fulget. Sic ab electoribus iudicium, qui videntes esse debent; verum vident & non vident: vident præ cæcitate, non vident præ obsecratione; quippe quos volunt exaltant; simul quos nolunt, humiliant; merita in vacuis fingentes, in dotatis conculcantes, præter peccatori placent, præter peccatori displicent, intus legentes, atque foris iudicantes: dicitque Christus, ut recte iudicet electorum intellectus, quod videntes non videant, & qui non vident oculos in iudicium aperiant; quoniam qui videt, si clausit, haudquaquam merita finget: & cæcus si oculos aperit, merita excelsa splendore videbit. Hoc est iudicium, quoniam exulat affectu: alias distributio præmiorum sine iudicio.

12. Utilene colyrium? Utile, sed omnino inefficax affectione: igitur ita caligat animus: ut cæcitate clara inciduntur esse cæcos. Hanc Pharisæis miraculum calumniantibus, exponit Christus; audacterque loquuntur *Nunquid & nos cæci sumus?* Et nimis: miserabilior cæcitas, apertis oculis.

Non est in medico semper, *relevoletur ut ager.* Maxime dom agrotantis animo sedet morbus, & male torquetur affectus: quando quidem ampliorum indicat peccatoris agilitudinem, non cognoscere intellectus vel errando cæcitate. His cæcis, tellure ductis, in patriam propensis; congruit, ni fallor, ut expellant affectus; larum ex spatio imponere super oculos. Vernacule: *Si se llocan del barro sus ojos, darles a ver, con el barro en los ojos.* Que enim in patria non invenirentur immunda? Moventur & commoventur furore: arte ac fallacia dissimulant cæcitate. Atior sanè cæcus.

*Lumina nulla tenet.* Inquit Alciturus, *Emblem.* 113. At tania illius apud Priscos celebrat oculos, quod ridet idem ibid. subdens: *Si cæcus est, vittamque gerit; quid tanta cæco*

*Utilis est? Ideo num minus ille videt.* Imago singularis! sed propria amoris. Cui luminum orbitas, fasciæ sanè est ipsa cæcitas: cur ego vitæ in oculis ornatus, quasi amor non esset cæcus? Ut videat minus. Cæcus

*Afflicti gravus non credunt esse cæci.*

citas dissimulatur, dum tania geritur, quasi si vellet, videre possit: hic maior defectus affectus, in quo valerrimus dolus: igitur & obruitur cæcitate, & indicat se videre. Sed quid inde artificij? Ludificatio. Iam nec animo discernit; num minus ille videt; dum vagatur cæcus, & apparet ex cæcitate furiosus: igitur cogitare oppressum caligine, amorem cæcum videre, est extremum furoris, & cæcitas cæcitate. Dum cæcitate dissimulant, plus & in pluribus explicant; simulque velatis oculis, originem cæcitate: siquidem tunc obijciuntur cæci, haudquaquam per defectum oculo- rum, sed per malignum affectum.

13. Nunc aliquod excogitabitur phar- macum in huiusmodi delirium? Occurrit ad manum. Ingratitudo quæ frequens dilectorum: impingit tunc peccatori validus gravis ictus; & adinstat talparum aperient oculos, unde cum tunc clare videant; profuse rident, quæ pridem usque in cælum extolebant. Postquam Parmenicus Metapontinus in antrum Trophonij descendit (de quo in *Ephemer.* 6. *Novembr.*) reversus inde nunquam videre potuit. Veneraturat maxime Latonam, ob conceptam formæ speciem elegantissimam. Cumque ei Delphis diceret Pythia risurum videndo Numen, arbitrabatur fore per admirationem. Plura videbat famosiora templa, sed in votum ex pluribus spes vacua. Desponderat animus, forteque in Delon apullus, *cum Latone sanum esset ingressus* (ait Athenæus lib. 14. cap. 9. ex quo Causin. 2. *Symbol.* 51.) & *maris Apollinis in signem stauram spectaturum concepit*; & ligneam & deformem conspicatus, præter opinionem in risum effusus est. Haud aliter tragœdia ludicra suos flagrantis, dum non concepit ut suos. Illos non solum sequebatur, sed obsequabatur; pingens elegantiam, præstantissimam formam, imperio dignam, insignes dotes, ornatus singulares, instrumenta mirifica, grandia merita, condescencia thronum, & phantasia vellicatu traugentia cælum. Illudusque? sanè: quicquid concepit, miraculum: quicquid cogitat, portentum; quia oculis clausis phantasia cogitationes: igitur profuse ridet, quos pridem cæcis admiratione plausit; etenim quam eximiam respiciebat ad speciem pulchritudinem, invenit apertis oculis horribilem fœditatem. Arbitratus est auram, & offendit infallis auratum lignum. Obstupescit, seque ridet achriogete risu soluto: quandoquidem dignum effuso cachinno, imò risu Sardonico; expectare in

altari videre Numen, & spectare præ oculis enormem deformitatem. En in quid deveniunt plausus; pendamus ex Iasia originem risus.

14. *Facies combusta* (dicit) *vultus eorum.* Hebr. *Facies atra, nigra, fuligine tæta.* Latet in comparatione arcanum, ut explodantur a corde omnes colores affectuum. Qui casu aut incuriose fuligine macular faciem; commover circumstantes in irrisionem: quæ quidem maior, quia taciturnior. Sentit aliquatenus irrisus & procedit circumspectus. Quò magis circumspectus, magis ridiculus: igitur tunc non tam rideatur frontis nota, vultus macula ex adherente nigredine; quàm confidentia de nulla ad oculos cæcitate. Hispanice: *La risifacion.* Gestus quo plus ad gravitatis tenorem, acrius in risum titillat lie- nem.

*Quid factam? sed sum petulanti splene cachinnos.*

Nullus signatius demonstrat defectum vultus, quàm tacitus risus; qui intus pungit irrisu, ignari navi, viscera, neficentis risus propositum. Cautus recurrit ad speculam. *Inventa sunt specula* (inquit Stoicus. 1. *Natur.* qq. cap. 17.) *ut homo ipse se nosceret: multa ex hoc confecta, primò sui notitia, deinde & ad quedam consilium.* Recurrit, videt, & qui de risu inflammatus accessit, sese toto corpore præcunctis ridet; quoniam vellicat anxie in- solutionem splenem, ex fœda facie ostentare fuliginem. Liqueat modò, cur ratione irrationalium affectuum, sint *facies atræ, fuligine tæta vultus eorum.* Alapid. hic: *Contigit isti, qui in re pudenda ex inopinato deprehensantur.* Qui laborat amore inordinato suorum, & in suos ipsi, vultum spargit fuligine. Se non videt, & gloriose tranfit, verum irrisus à cæteris; qui risus in vultus cordis, quousque in speculum perveniat, & sese noscat. Unde cum in re pudenda ex inopinato deprehendatur; ridet quòd iuste rideatur. Expave- scit, pudet, & sese mirans ita ridiculum & fuligine, & in fronte, in derisum auctororum; non solum in risum solvitur, sed & disrumpitur. *Ridentibus lacrymis*, de huiusmodi luce ex suorum philanthropia, dixit Ioann. Barclai. *Satyr.* 1. p. Opportune: *Lacrymis*, quippe ira imaginatione illusit: igitur exultat lætabundus, eò quòd cunctorum cachinnis, uti rata figura non sit expositus; cognoscit enim, cæsi fe ri-

[Cai. 13. 2.]

Perf. Satyr. 1. v. 26.

Senec.

Cur qui dicitur affectus, tæta dicitur

Alapid. Barclai.

Affectu cæcus irrisus, sese videt, dum aperit oculos

1. Reg. 18. 16. 30.

V. 3.

Angel. Polic.

Invidia sym bolum.

Variat visa affectus & displicentia.

Ioan. 9. 39.

Quomodo in afflictione vi sui sed ca- cul.

Colyrium cordi affe- ctu cæco, ali- liti vel ap- prebentia in- gratitudo.

V. 40.

Ovid. r. de Pont. Eleg. 1. v. 17.

Athen.

Ubi exul- sus affe- ctu cæco reli- gatur visus

Alciat. Imago amoris & affectus

Idem.

